



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Tractatvs De// Beneficiis// Amplissimvs,// Et Doctissimvs

Garcia, Nicolaus

Coloniae Allobrogvm, 1618

Cap. 3. De filiis presbyterorum.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-98550](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-98550)

d.c.2.in 3 notabili, versu. ex quo collige. Non obstat tertium, quia Didacus dedit mandatum ad consentiendum personi, & alia fecit: de quibus h'c per informantes pro parte Gregori. Non obstat quartum, quia terminus sex mensium ad dimittendum canonicatum incipit currere à die datæ supplicationis, cum in ea expresse dicatur cum decreto, quod ipse infra sex menses, à data presentium computandos canonicatum, & præbendam Ecclesiæ Salamantini dimittere omnino teneatur.

74 Stante vero in supplicatione ¶ clausula: Et quod oratoris dispensationes habebantur pro expressis, valeret impetratio, etiam si adderetur dispensatio dispensationi, id enim importat d. clausula.

75 Quæ ¶ tamen tempore Sixti Quinti non dabatur quoad dispensationem super defectu natalium sed per reuifores in ipsa supplicatione addebatur, nõ tamen super defectu natalium.

76 Et ¶ insuper tempore D. Sixti erat stylus, non conferre beneficia illegitimis, etiam si alias fuissent dispensati, & sic ratione istius styli tunc videbatur necessarium exprimere dispensationem super defectu natalium, in impetratione etiam, quia esset executio dispensationis.

77 Ut fuit resolutum in vna Abulen. parochialis D. Thomæ, 1. Februarij 1593. coram illustri Mantica, vt in decisione sequenti: Cum hac causa ageretur per audientiam contradictoriam, dubitanti, an resignatio parochialis facta à Gundisaluo del Varco, ad fauorẽ Marci Lopez, sit nulla in casu de quo agitur: & die 29. mensis præteritis dubium proposui, nec potui capere resolutionem, quia Domini qui viderant, inter se dissentiebant. Rursus à die 1. Februarij proposito dubio quinque ex sex Dominis, qui viderant, uno dissentiente, in eandem sententiam conuenerunt, vt resignatio propter vitium surreptionis sit nulla, nam Marcus Lopez, in supplicatione non expressit se esse filium sacerdotis, quod si expressisset, aut gratiam non obtinisset, aut sane difficilior. Quo casu gratia ipsa intelligitur surreptitia, c. 2. de filiis presbyterorum, vbi Doct. c. postulasti de rescrip. & c. super literis, & ibi Doctores omnes, & maxime Abbas n. 7. in fi. eodem tit. idemque Abbas in c. ad aures n. 4. & in c. in nostra n. 9. cum seq. eod. tit. & Felin. ibidem nu. 10. cum multis seq. & in d. c. postulasti, num. 13. & nu. 17. cum seq. Non obstat, quod ipse Marcus à Nuntio Hispaniarum, ad obtinenda quæcumque beneficia sit dispensatus, & consequenter non fuerit necesse aliam illegitimitatis, seu dispensationis facere mentionem; Rotæ, deci. 3. de filiis presbyter. in antiquis, quia primo fuit responsum de facultatibus Nuntij non constare, & ad curata, nec Legatum cum illegitimo posse dispensare, nisi hoc ei specialiter à Papâ concessum fuerit, glof. in c. verbo, sede Apostolica, & ibi Doct. de filiis presbyter. lib. 6. Paris. conf. 336. num. 26. lib. 4. Rebus. pract. benefi. de dispensatione super defectu natalium, n. 45. Secundo, etiam si de speciali potestate ipsius Nuntij constaret, fuit responsum communem stylum Cancellariæ seu signaturæ tempore feli. recor. Sixti V. fuisse & esse notum, videlicet, noluisse cum spuris conferre beneficia, etiam si ad obtinenda quæcumque beneficia fuissent dispensati, & quoties in supplicationibus exprimebatur, quod dispensationes oratoris haberentur pro expressis, eum fuisse solum addere hæc verba, Præterquam ex defectu natalium, qui quidem stylus dum non est incognitus, & restum depositionibus comprobatur. Quare cum de huiusmodi defectu natalium nulla mentio facta fuerit, gra-

tia redditur surreptitia, nam cum queritur, si esset expressum, id quod fuit tacitum, an Papa esset gratiam concessurus, vel difficilior concessurus, inspicitur communis stylus Cancellariæ, seu signaturæ, alias hoc nunquam posset intelligi vt ex mente Lapi explicat Socinus Senior conf. 164. num. 5. lib. 2. Felinus in cap. super literis, n. 18. & in cap. in nostra, num. 31. de præscriptio. Ioan. de Selua, de benefic. part. 3. quaest. 72. num. 51. Castadorus, deci. 12. num. 14. de præbendis Putens deci. 187. n. 8. lib. 1. Quod multo etiam magis in casu proposito, domini dicebant esse recipiendum, ac esse indubitatum, quia quod defectus natalium non fuerit expressus, non processit ex probabili ignorantia, vel simplicitate, sed ex calliditate. Nam cum idem Marcus intellexisset Papam eius supplicationem, propter defectum natalium in ea expressum reiecisse, postea dedit orationem, vt iste natalium defectus in alia supplicatione supprimeretur, vt ex deductis apparet, & id eo liquido constat de vitio surreptionis, & Papam, si natalium defectus fuisset expressus huiusmodi resignationem, quam semel reiecit, nullo modo ad fauorem ipsius Marci fuisse concessurum, atque ita conclusum fuit resignationem nullius esse momenti.

Hodie ¶ tamen non viget dictus stylus, & ideo standum erit in hoc de expressione dispensationis prædictæ resolutioni, de qua n. 72.

De quo an in secundâ dispensatione, seu gratia, sit facienda mentio de alia priori, & c. vide ultra Doct. in d. cap. 2. de filiis presbyter. in 6. & in cap. penult. de præscr. Tho. Sanch. de matrimo. lib. 8. disp. 22. & D. Card. Tuschum. lit. D. conc. 460. & lit. G. concl. 56. & lit. D. conc. 729. & 732.

CAP. III.

De filiis Presbyterorum.

SUMMARI A.

De filiis presbyterorum, qui à beneficiis paternis, Ecclesiæ, que paterna specialiter repelluntur, num. 1. de quibus cum agitur, an possint succedere in beneficio patris, seu obtinere beneficia in Ecclesia paterna, cetera habita supponuntur, & sic illos esse alias habiles, sed dispensatos ad obtinenda beneficia, n. 2.

Sunt distinguenda tria tempora: primum est decretaliu, de quo filij presbyterorum, etiam legitimi, non poterant immediate succedere in beneficio patris, nisi ex dispensatione Papæ, mediate vero poterant succedere, num. 3. quod procedit non solum in filiis presbyterorum, sed etiam eorum, qui in minoribus sunt constituti, num. 4.

Etiam cum legitimo non posset Episcopus, nec etiam Legatus dispensare in beneficio paterno immediate, contra Gambarum, num. 5.

Illegitimus etiam, maxime spurius, in Ecclesia patris viuens, non poterat etiam ex dispensatione Episcopi habere Canonicatum, seu aliud beneficium, secus in legitimo, num. 6. quamuis in hoc aliter loquantur Abb. & alij, num. 7. & quod dicunt Felin. Decius, & Selua, cum Calderino, accipiendum est de legitimo, num. 8.

Secundum tempus est constitutionis Clementis septimi, quod de cetero filij presbyterorum, ex fornicatione nati, nullo tempore quoquo modo obtinere possint beneficia, quæ eo rum parentes in titulum, vel commendam aut ad-

aut administrationem seu ut alius perpetuo vinta, aliquando obtinuerunt; & sic nec immediate, nec mediate, &c. n. 9.

Hanc constitutionem limitavit Rota. Primo, non procedere in beneficiis, quae patres dimiserunt ante illam constitutionem. Secundo, quando beneficium erat portio tempore quo pater illud obtinebat; & postea fuit factus Canonicius, & sic erat aliud beneficium, numero 10. Sed prima limitatio, non placet, numero 11.

Dicta constitutio habet locum in clerico non presbytero, & in filio nato ante clericatum, ex Rota numero 21.

Tertium, & novissimum tempus est Concilii Tridentini sessione 25. de reformatione. cap. 15. relati numero 13. quod in multis differt à iure communi, ut in declaratione S. Congregationis, postea numero 14.

Sicut dicta constitutio Clementis, ita etiam istud decretum habet locum in filiis naturalibus, procreatis ante clericatum, numero 15.

Istud decretum facit inhabilem filium clericum ad obtinendum beneficium in Ecclesia paterna; & sic collatio ei facta non valet, numero 16.

An per istud decretum Concilii & dictam constitutionem Clementis Septimi, aliquid immutetur quoad filios presbyterorum, qui sunt nati ex legitimo matrimonio, à numero 17. & 2. sequitur, resolutum nihil immutari, nec comprehendere nepotes illegitimos presbyterorum, ex filio legitimo, respectu beneficii sui, numero 20.

An dicta constitutio Clementis, & decretum Concilii, & dispositio iuris communis, comprehendant nepotes legitimos presbyterorum ex filio illegitimo, respectu beneficii sui, à numero 21. resolutum negative cum Rota, & S. Congregatione, contra Rebuffum & alios, numero 22. & seq.

Nepos tamen legitimus, ex filio, seu filio illegitimo, non potest vivente avo, obtinere pensionem super beneficio, quod avus possidet, ut auctor incontinentia memoria dicitur, secundum Sanctam Congregationem, cuius declaratio ponitur, numero vigesimo quarto.

Etiam in nepote illegitimo ex filio illegitimo, idem videbatur, nempe non comprehendit in dictis dispositionibus, quia in materia odiosa, & penali appellatione filiorum non veniunt nepotes, & c. numero 25. & facie quod licet filius clericus non possit patri succedere, nec ab eo quicquam capere, nec à consanguineis ex parte patris, ex lege Regia, nepos tamen etiam non legitimus potest succedere, & capere ex testamento aui clerici, numero 26. & ita tandem censuit Congregatio, numero 27.

An pater prohibeatur succedere in beneficio filii, à numero 28. resolutum non prohiberi, cum communi contra Hostium & alios, numero 29.

An pater post Concilium possit obtinere beneficium in Ecclesia, in qua eius filius illegitimus est beneficiarius de presenti, numero 30. resolutum non posse, numero 31.

An pater habens pensionem, cum facultate transferendi possit illam transferre in filium, à numero 32. resolutum negative, contra Gigantem: & si pensio esset constituta super beneficio, quod pater nunquam obtinuit, tam ex constitutione Clementis, quam ex decreto Concilii, numero trigessimotertio, & numero 5. seqq.

Non prohibetur à Concilio filius illegitimus ebinere pensiones super beneficiis Ecclesiae paterna. n. 39.

An decretum Concilii habere locum in illegitimis, habentibus beneficia in Ecclesia, in qua fuit beneficiarius eorum pater, qui tamen tempore Concilii iam erat mortuus, vel resignaverat, ita ut non posset ea retinere, à numero 40. resolutum negative contra Nauar. & adducuntur declarationes Sanctae Congregationis, quae ita censuit, numero 41. & tertio seq.

Similiter dictum decretum non habet locum in habentibus pensionem ante Concilium, super beneficio à patre obrente, numero 45. & seq. ubi ponuntur declarationes S. Congregationis, nec dictum decretum, quo ad pensiones, videtur habere locum in pensione post Concilium imposita super beneficio, quod nec erat nec fuit patris, licet postea ad eum perveniat, numero 47.

Prædicta resolutio procedit in eo, cui ante Concilium fuit collatum beneficium in Ecclesia, in qua pater, etiam si possessionem eius obtruxisset post Concilium, dummodo per eum non steterit, quominus antea illam obtineret, numero 48. ubi ponitur declaratio S. Congregationis.

Secundo procedit, etiam si ante Concilium habuisset solitum titulum, reservatis alteri fructibus titulo, & denominatione, & post Concilium cessasset huiusmodi reservatio, numero 49. ubi ponitur declaratio S. Congregationis.

Tercio procedit in habente regressum reservatum ante Concilium, qui cum habeat causam de praeteritis, non subicitur dispositioni Concilii, quamvis post illud fortitatur effectum, numero 50. & seq. ubi ponitur decisio Rota. n. 51.

An in prædicto casu, si qui ante Concilium obtinuit beneficium in Ecclesia, in qua pater eius olim fuit beneficiarius, possit post Concilium ad aliud beneficium ascendere, seu transire, post optionem, vel alias, à numero 52. resolutum negative, & adducuntur declarationes S. Congregationis, n. 53.

An dicto decreto comprehendatur filius eius, qui habuit titulum, & provisionem beneficii, non possessionem, à numero 54. resolutum negative, & adducuntur declarat. S. Congreg. n. 55. & seq.

Sufficit quod habuerit possessionem, nec requiritur quod pater ministraverit in Ecclesia, seu beneficio, n. 57.

An filius clericus possit obtinere beneficium olim à patre à aliquando possessum sine legitimo titulo, & minus pacifice, à numero 58. resolutum non posse, nec etiam posse obtinere beneficium in Ecclesia in qua eius pater aliud possederat, licet sine canonico titulo, numero 59. & seq.

An filii illegitimi possint obtinere beneficia unita Ecclesiis, quas obtinuerunt, seu obtinent eorum patres, seu Ecclesiae filiales, & ab illis dependentes, numero 61. super quo ponuntur declarationes Congregationis, numero 62. quae planè procedunt quoad Ecclesias filiales, quae sunt beneficia distincta à matricibus, tunc enim rectè potest filius illegitimus habere filialem, licet pater habuerit, seu habeat matricem, vel è contra, nisi habens unam, habeat ministrare in alia numero sexagesimotertio. Quoad beneficia vero unita facium difficultatem dictae declarationes, ut in numero sexagesimo quarto, quae difficultas resolvitur numero 65.

An filius illegitimus possit obtinere beneficium in Ecclesia, in qua pater habuit solam sedem in choro ratione dignitatis, quam in alia Ecclesia obtinebat, numero 66. ubi resolutum negative, & ponitur declaratio S. Congregationis, quod procedit, etiam si nunquam actus

SEPTIMA PARS, DE BENEFICIIS,

sedisset in tali sede. n. 67.
An filius illegitimus possit canere tanquam musculus simplex, seu alias ministrare in Ecclesia, in qua pater habuit, vel habet beneficium, numer. 68. ubi resolvitur non posse, & ponuntur declarationes Sanctæ Congregationis, unde non potest obtinere beneficium ratione cuius habet aliquod ministerium, seu servitium facere in Ecclesia, in qua pater fuit beneficiatus, &c. numero 69. nisi posset serviri per substitutum, numero 70.
Filius illegitimus non prohibetur in Ecclesia paterna ministrare, quando ministraret, & celebraret ibi ex devotione, & voluntarie, non ex officio, vel salario, numero 71.
Et converso filius illegitimus non prohibetur ministrare & habere beneficium in Ecclesia, in qua pater ministravit, & inseruit, etiam tanquam Capellanus, non tamen habuit titulum beneficii, seu tanquam Vicarius temporalis, n. 72. ubi ponitur declaratio Sanctæ Congregationis.
Nec prohibentur pater, & filius celebrare Missam in eadem Ecclesia, cum non habent beneficium, numero 73. ubi ponuntur declarationes Sanctæ Congregationis.
Similiter non prohibentur filij illegitimi clericorum cum suis patribus habitare, n. 74.
An ubi pater, & filius tempore Concilij obtinebant beneficium in eadem Ecclesia, filius præcise teneretur beneficium resignare, aut permutare infra tres menses, nec sufficeret patrem infra illud tempus suum beneficium dimittere, n. 75. ubi resolvitur, filium præcise teneri sine alia monitione, sub pena privationis ipso iure, & ponuntur declarationes Sanctæ Congregationis. Pius tamen Quartus extendit dictum terminum ad sex menses, num. 76.
Ad eo verum est, quod filius teneretur resignare, ut procederet, etiam si non posset permutare, nisi ex grava cum aliquo dispensaretur, ut in declaratione sanctæ Congregationis, posita n. 77.
Procedit etiam licet super beneficio filij, aliquis haberet regressum, quo casu oblata illi resignatione, cum honesta pensione, & non acceptata, poterat cum ea alteri resignare, suspensio interim regressus, ut in declarationibus S. Congregationis positis, numer. septuagesimo octavo.
Quod si vnum tantum esset beneficium, in persona tam patris, & filij cum alternativa residentia, numer. 79. ubi ponitur declaratio, & decretum Sanctæ Congregationis circa hoc, quod pater in totum cederet filio totum ius, quod haberet reservata sibi pensione, & idem est quando pater esset coadiutor filij, numero octuagesimo.
An habens ante Concilium coadiutoriam, cum futura successione in Ecclesia paterna, posset succedente vacatione post Concilium succedere in tali beneficio, vigore coadiutorie, numer. 81. resolvitur non posse, & numero 82. ponitur declaratio Sanctæ Congregationis, num. 83. decisio Rotæ, & idem esset in accessu, numero 84.
Sed contra obicitur quadam declaratio S. Congregationis, numer. 85. cui satisfuit ex alia declaratione posita nu. 86.
An facta resignatione alicuius beneficii in favorem filij clerici, reservata tamen pensione resignanti super beneficio patris, de consensu eius intret d. decretum Concilij verj. ad hac, n. 87. ubi resolvitur intrare, & ponitur declaratio S. Congregationis.
An regula de trienniali innet contra d. decretum Concilij

num. 88. ubi resolvitur negative cum S. Congreg. & Rota num. 89.

Succedit nunc de filiis presbyterorum tractatio, qui à beneficiis paternis, Ecclesiæque paternæ specialiter repelluntur.

Et in primis advertendum est, quod cum agitur de filiis clericorum, an possint succedere in beneficio patris, seu obtinere beneficia in Ecclesia paterna, cetera habilia supponuntur, & sic illos esse alios habiles, seu dispensatos ad obtinenda beneficia: ut recte advertit Mandos. de signaturæ gratia, tit. de dispensatio. ad beneficia in Ecclesia, in qua pater, verj. verum neque.

Et pro huius materiæ explicatione oportet distinguere tria tempora. Primum tempus est decretalium, de quo filij presbyterorum, etiam legitimi non poterant immediate succedere in beneficio patris, nisi ex dispensatione Papæ, mediate vero poterat succedere, ut in cap. ad eximandas, & c. dilectus. & cap. ex transmissa, de filiis presbyter. cum aliis, ubi Doctor. Decius in cap. inter ceteras, de præscriptio. num. 6. & 7. Nauarrus in ca. si quando eodem tit. in auctorario, numer. 3. & 4. Quintana lucanas, Ecclesiasticon, libr. 2. à nu. 92.

Quod procedit non solum in filiis presbyterorum, sed etiam eorum, qui in minoribus sunt constituti, Maiolus de irregularitate lib. 1. cap. 6. numer. 6. Ad quod optimè facit constitutio Clementis Septimi, de qua infra, ibi. Sanè postquam felicis recordationis Alexander Papa Tertius prædecessor noster, filios præsertim Sacerdotum in Ecclesia paterna succedere prohibuerat. Pondero illa verba: Præsertim Sacerdotum, quæ implicant, idem in aliis ad dicta infra cap. sequen. numero 8. & II. ca. 5. num. 91.

Et quod etiam cum legitimo non posset Episcopus, nec etiam Legatus dispensare in beneficio paterno, immediate est glo. in c. 1. ver. tale, in princ. de filiis presb. in 6. quam post Io. Andr. Specul. Monachum, & Domin. sequuntur Franchus, ibi numero 7. Rebuff. in prax. in. de dispensat. super defectu natalium, num. 32. & Mandos. in. de dispensat. ad beneficia in Ecclesia in qua pater, quamvis contra teneat post alios Gambarus, de offi. leg. lib. 7. rubr. 1. quæst. 34. à num. 306.

Illegitimus etiam maxime spurius, in Ecclesia patris viventis non poterat etiam ex dispensatione Episcopi habere Canonicatû, seu aliud beneficium, cap. cum decorem, cap. ad abolendam, de filiis presbyter. secus in legitimo, cap. ad hac, eodem tit. ita glo. 3. in d. cap. ad abolendam, ad finem. & glo. & in c. Apostolica. 8. q. 1. Rebuff. 3. à num. 33. ad 39. Bernard. Diaz. in praxi crimin. cap. 48. num. 4. & ibi Salzedo litera B. Sy lucter in summa, verb. beneficium. 3. nu. 17. Armilla eodem verbo, num. 33. Man. Rodrig. in summa. 1. tom. cap. 29. num. 4. & Vega 1. par. sum. cap. 39. ca. 18. ver. sic. 4.

Quamvis in hoc taliter loquantur Abbas in d. cap. 7. ad abolendam, & Nauarrus dict. num. 4. Mandos. supra, verj. rursus limitanda, Hoieda de incompatibilitate benefic. 1. par. cap. ultim. num. 7. Quintana duennas d. lib. 2. num. 94. & Sayrus de censuris, lib. 2. c. 10. numer. 45.

Vnde t quod dicunt, Felin. in cap. in nostra, de re script. cor. 3. Decius d. num. 9. & Selua de benef. 3. par. 9. 12. n. 115. qualitate, cum Cald. cons. 1. de filiis presbyter. accipiendum est de legitimo.

Secundum

9 Secundum tempus t est constitutionis Clementis Septimi de anno 1530. quæ in Bullario est 36. in ordine suarum Constitutionum, cuius tenorem ponit Nauarr. in d. cap. si quando, excep. 21. in prin. & Gigas de pensio. quæstio. 86. in qua statuitur, quod de cætero filij presbyterorum, ex fornicatione nati, nullo vnamquam tempore quoquomodo obtinere possint beneficia, quæ eorum patres in titulum, vel commendam, aut administrationem, seu vt alijs per pceptu vnica aliquando obtinuerunt, & sic nec immediate, nec mediate, &c.

10 Quam tamen constitutionem limitauit Rota in vna Calciaten. coram d. Fabio, de anno 1549. dupliciter, primo non procedere in beneficijs, quæ patres dimiserunt ante illam constitutionem propter verbum: De cætero, & quia natura legis respicit futura, per quæ declararunt Domini illa verba: Quæ aliquando obtinuerunt. Secundo, quando beneficium erat portio tempore quo pater illud obtinebat, & postea fuit factum Canonicatus, & sic erat aliud beneficium, vt per Achillem decisio. 47. seu 1. de filiis presbyterorum, & per Mandos. supra. vers. n. rursus sciendum est, qui in ista causa ita consuluit, vt in consilio 52. & Hojedam numero octauo, vbi supra & primam limitationem ponit etiam Puteus decisio. 225. lib. 3. quæ male intellexit Gonzalez ad reg. mens. secunda glossa quinta, num. 33. vbi refert etiam secundam limitationem.

11 Sed prima t limitatio mihi non placet, & conuincitur ex traditis per Nauarrum dict. sectio. vigesima prima.

12 Et dictam t constitutionem habere locum in clerico non presbytero, per illa verba: Et præsertim Sacerdotum, & illa alia, quæ presbyteris, clericis, & religiosi eorum patres, &c. habere etiam locum in filio nato ante clericatum, quia rationes militantes de quibus per Turrecremata, in capit. Apostolica 8. quæstio. prima, fuit resolutum per Rotam in vna Arminensis sancti Pauli. 27. Aprilis 1561. vt in decisionibus Oradini.

13 Tertium, & nouissimum t tempus est S. Concilij Tridentini, sess. 25. de reformatio. cap. 15. in quo decernitur, quod vt paternæ incontinentiæ memoria à locis Deo sacris longissime arceatur, non liceat filiis clericorum, qui non ex legitimo nati sint matrimonio in Ecclesijs, vbi eorum patres beneficium aliquod Ecclesiasticum habent, aut habuerunt, quodcumque etiam dissimile beneficium obtinere, neque in dictis Ecclesijs quoquomodo ministrare, nec pensiones super fructibus beneficiorum, quæ parentes eorum obtinent, vel alias obtinuerunt, habere: quod si in præfenti, scilicet tempore publicationis Concilij, pater & filius in eadem Ecclesia beneficia obtinere reperiantur, cogatur filius suum beneficium resignare, aut cum alio permutare extra Ecclesiam intra trium mensium spatium, alias ipso iure eo priuatus existat, & super his, quæcumque dispensatio surreptitia censetur, &c.

Vnde t istud decretum in multis differt à iure cõmuni, vt in sequenti declaratione S. Congregatio. super eo fuit quæsitum, in quo differat hoc decretum à iure cõmuni? responsum est, quod in quinque. Primo, quod non solum ratione successione, prout de iure cõmuni, sed etiam ob incontinentiæ paternæ memoriam inualuit hæc prohibitio. Secundo, quod talis memoria longissime arceatur, si non solum immediate, prout de iure cõmuni, sed etiam mediate, contra Abb. capit. dilectus, nota 2. eodem titulo. Tercio, quod non solum

prohibetur successio in eodem beneficio, sed in alio quocumque, etiam in dissimili, dummodo sint in eadem Ecclesia, contra ius commune, de quo per Abb. in cap. ad abolendam, post princ. Quarto, nedum prohibetur filius obtinere beneficium in Ecclesia, in qua pater obtinet, sed ministrare contra ius commune, quo tantum patri ministrare prohibetur, Abb. in capit. cum decorem eodem. Quinto, quod nec pensiones super fructibus beneficiorum, quæ parentes eorum obtinuerunt, vel obtinent, habere poterunt filij.

Et t sicut d. constitutio Clementis, ita etiam istud decretum habet locum in filiis naturalibus procreatis ante clericatum, vt patet ex illis verbis: Qui non ex legitimo nati sunt matrimonio: & S. Congregatio censuit his verbis: Hoc decretum habet locum in filiis naturalibus, procreatis tempore quo parentes eorum nondum erant effecti clerici.

Et istud t decretum facit inhabilem filium clerici ad obtinendum beneficium in Ecclesia, in qua pater beneficium habuit, & sic collatio ei facta non valet. Nauarr. cons. 1. de cons. 9. 18. Salzed. sup. in lit. A. in nouissima editione. Sed t circa istud decretum Concilij, & dictam constitutionem Clem. VII. dubitatur. Primo, an per ea aliquid innouetur quoad filios presbyterorum, qui sunt nati ex legitimo matrimonio.

Et dicendum t est, nihil innouari, quia solum loquuntur de filiis ex fornicatione natis, & non ex legitimo matrimonio, vt patet ex dict. constitutione Clementis, ibi: Ex fornicatione, & alijs verbis eiusdem constitutionis, & in dicto Concilio, ibi: Qui non ex legitimo nati sunt matrimonio, & ita quoad legitimos remanet ius antiquum incorrectum, l. precipimus. C. de appellatio. & ita docet Nauarr. in dicto auctuario numero 3. Salz. sup. Ma. Rodrig. in sum. 1. tom. cap. 29. numero 4. & Vega 1. p. c. 36. casu 18. versicul. loquar.

Et t ita etiam debet intelligi d. decretum Concilij, in vers. quod si in præfenti, dum loquitur de patre & filio obtinentibus simul beneficia in eadem Ecclesia, debet enim intelligi retentis terminis, de quibus in principio, scilicet, quando filius non est natus ex legitimo matrimonio.

Vnde t etiam d. constitutio Clementis, & decretum Concilij, non comprehendunt nepotes illegitimos presbyterorum ex filio legitimo, respectu beneficij aui.

Secundo t dubitatur, an d. constitutio Clementis, & decretum Concilij, & dispositio iuris communis comprehendant nepotes legitimos presbyterorum ex filio illegitimo, respectu beneficij aui. Et respondetur negative, vt consuluit Nauarr. cons. 9. de filiis presbyter. præcipue n. 9. & tenent Spin. de restam. gloss. 3. a. n. 23. & Sayr. d. lib. 6. c. 10. n. 46. Acor 2. p. lib. 6. c. 4. q. 17.

Et t censuit Rota 12. Februarij 1574. coram Dom. Rubeis, quæ decisio habetur apud Nauarr. post d. consil. 9. & ita etiam declarauit alias S. Congregatio Concilij. Quidquid t contra teneant Rebut. sup. num. 27. 23. & de pacificis possessoribus, numero 276. & 277. alias 225. & Rojas de successio. ab intestato, c. 20. a. num. 112. Mier. de maiorat. 2. p. q. 2. num. 25. & Salze. sup. lit. A. & quamuis Syluest. cum Ostien. verb. beneficium, quæst. 6. & Lessius de iust. & iu. lib. 2. c. 34. n. 91. dicant nepotem non posse obtinere beneficium aui patre mortuo, &c.

Tenet tamen S. Congregatio t nepotem legitimum ex filio, seu filia illegitimis non posse viuente

auo, obtinere pensionem super beneficio, quod auus possidet, ut ait incontinentia memoria arceatur, ut in sequenti declaratione. *Stante declaratione, quod Concilium non comprehendat nepotem legitimum ex filio, seu filia illegitimis, respectu beneficii, quod auus obtinuit, an procedat etiam vivente ipso auo, adeo, ut nepos ex filia illegitima, siue illa vivat, siue non, possit obtinere pensionem super beneficio parochiali, quod auus possidet, Congregatio censuit negative, ut arceatur memoria auctoris incontinentia, licet omnes Illustrissimi dixerint contrariam opinionem esse de iure veriorum ex sententia Rotæ.*

- 25 Quinimo etiam in nepote † illegitimo, ex filio illegitimo, idem videtur de iure dicendum, nempe non comprehendi in dictis dispositionibus, quia in materia odiosa & poenali appellatione filiorum non veniunt nepotes, Bart. in *l. liberorum*, nu. 6. ff. de verb. signif. communiter receptus, ut per Couarr. libro 2. vari. c. 8. num. 2. Anton. Gabr. de verb. signif. conclus. 1. a numero 54. & plures relatos à Surdo de alimen. titulo 9. q. 36. Gratia. reg. 205. Pet. de Lar. de annu. lib. 1. ca. 6. nu. 5.

Neque est tanta ratio in nepote, ac in filio, & ita tenet gl. in d. c. Apostolica, & Gambar. d. lib. 7. rubri. 1. q. 37. ex n. 311. & cum magis communi Nauar. d. consi. 9. a num. 1. ubi indistincte loquitur. & plures tenentes refert Quintanaduennas sup. nu. 95. & Spin. Man. Rodrig. 1. tom. c. 29. num. 4. & Vega 1. p. c. 36. casu 18. & Acor sup.

- 26 Pro quo facit in simili, quod licet filius † clerici non possit patri succedere, nec ab eo quidquam capere, imò nec à consanguineis ex parte patris, ex *l. Regia* 22. tit. 3. lib. 1. ordinamenti, hodie lex 6. tit. 8. lib. 5. recopil. tamen nepos etiam non legitimus potest succedere & capere, ex testamento aui clerici, *l. fin. C. de naturalib. liberis*, Roder. Suar. in *l. 9. tit. 11. lib. 1. fori*, n. 4. & in *l. 1. tit. 6. lib. 3. fori*, hanc de filiorum, Ant. Gom. in *l. 9. Tauri*, nu. 17. Didaci Per. in d. l. 22. Duennas reg. 366. lmi it. 2. Paleotus de nothiis & spuris, c. 53. Couarruu. in 4. 2. p. ca. 8. §. 5. numero 11. Roias de successio. c. 20. Iulius Clarus §. testamentum, q. 32. Pinel. in *l. 3. C. de bonis maternis*, a numero 2. Parlad. rerum quotidianarum libro 1. cap. 16. P. Molin. de iustit. tom. 1. tract. 2. disp. 167. q. conclus. & alij quos refert Valdes ad Roder. Suar. d. nu. 4.

- 27 Sed contrarium † in proposito ex Concilio censuit S. Congregatio, ut in d. declaratione sequenti. S. Congregatio censuit procedere, non solum in filio respectu patris, sed in nepote respectu aui, propter verbum longissimè, quod excludit omnem personam mediatam, postea tamè intellexi quod 1. Martij 1589. Congregatio Concilij censuit, decretum cap. 15. sessione 25. minime prohibere, ut nepos illegitimus ex filio illegitimo beneficium, quod auus habuit, obtinere non possit, cui declarationi standum est.

- 28 Tertio dubitatur, † an è conuerso pater prohibeatur succedere in beneficio filij. Et dicendum est, patrem non prohiberi succedere, etiam immediate in beneficio filij, siue sit legitimus, siue illegitimus, quoniam in *l. de filiis presbyterorum*, & dict. constitut. Clementis, & decretum Concilij, tantum loquuntur de filiis: & sumus in poenalibus & exorbitantibus quæ non sunt amplianda, reg. in poenis, reg. quæ à iure, lib. 6. cum aliis. Nec est eadem ratio in patre, ac in filio, non enim ita videtur dari successio in beneficijs per hoc quod pater succedat in beneficio filij, ac per hoc quod filius succedat in beneficio patris, nec memo-

ria paternæ incontinentiæ ita viget per successiōnem patris in beneficio filij ac è conuerso: filius enim repræsentat incontinentiam paternam, ut dicitur in prima declaratione adducta infra dub. 11. numero 75. & ut dicitur in declaratione quarta ibi adducta, per personam filij magis repræsentatur incontinentia paternæ, quam per personam patris. Ita tenet glossa in dict. cap. Apostolica 8. quæst. 1. & post antiquos Ioan. Andr. Cardin. Butrius in cap. quoniam de filiis presby. Anchar. & Abbas, numero 7. in c. ex transmissa eodem titulo. Rebuffus dicto titulo de dispensatione super defectu natalium. numero vigesimo nono, Bernardus Diaz, Quintanaduennas numero 95. Man. Rodrig. Vega & Sayrus numero 44. & 45. Celsius & Acor. quæst. decima octaua ubi supra. Quam opinionem contra Hostien. ait communem & tenendam Gigas de pensio. quæstio. 86. numero decimo. Quamvis † in puncto iuris inquit fortè sustineri posse opinionem Hostien. & Mandos. ubi supra ad fin. quorum tamen rationibus pro opinione Hostien. ex supra dictis fatissit.

Sed hic sese offert difficultas, esto † pater possit succedere in beneficio filij, & obtinere beneficium in Ecclesia, in qua filius olim fuit beneficiatus, an post Concilium possit obtinere beneficium in Ecclesia, in qua eius filius illegitimus est beneficiatus de præfenti. Et † videtur dicendum non posse ex d. decreto, vers. quod si in præfenti, nam cum Concilium ibi præcipiat filium resignare beneficium ubi tempore Concilij pater & filius reperiebantur obtinere beneficia in eadem Ecclesia, satis vult ne unquam pater & filius habeant simul beneficia in eadem Ecclesia, & in casu proposito filius non est cogendus resignare suum beneficium prius habitum, cum nulla culpa ei adscribi possit, & agat de retinendo beneficio quæsto, & sic de damno vitando, sed potius pater, qui de nouo intrat in Ecclesiam, in qua filius habet beneficium, & sic agit de acquirendo beneficio, & de lucro captando impediendus est ab acquisitione illius, & facit regula c. quemadmodum de iure iur.

Quarto dubitatur, an † pater habens pensionem cum facultate transferendi, possit illam transferre in filium. Et † dicendum videtur cum Gigante d. q. 86. a numero 1. per dictam constitutionem Clementis id non tolli, ex eo quod pensio non est beneficium, ut late dictum est 1. p. c. 5. ad prin. nec in ea militat eadem ratio prohibitionis, & alijs quæ deducit Gigas ibi, sequitur Flam. Parif. de resigna. benef. lib. 6. q. 4. ex n. 18. & posthæc Gonç. ad reg. mensum, glof. 5. a numero 21.

Et idem eadem ratione † videtur dicendum de d. decreto Concilij, nisi illa pensio esset constituta super beneficio, quod pater habuit: tunc enim non posset illam transferre in filium ex dicto decreto, ex quo filius illegitimus prohibetur habere pensiones super fructibus beneficii, quod pater obtinet, vel alias obtinuit, Flam. Parif. sup. n. 22. & 23. & Gonzalez, n. 23. sequitur Acor 2. p. lib. 8. c. 8. q. 7. qui tamen adducit in contrarium constitutionem Pij Quinti, incipientem: *Quæ ordini Ecclesiastico in bullario fo. 159.* quæ non facit ad propositum, loquitur enim tantum de successione bonorum, quamvis † filius legitimus non prohibeatur habere pensionem super beneficio paterno, ut mihi relatum est S. Congr. declarasse.

Sed etsi pensio † huiusmodi esset constituta super beneficio, quod pater nunquam obtinuit, adhuc non videtur tutæ, nec vera dict. sententia Gigantis,

36 nec in terminis d. Constitutionis Clementis, nec in terminis Concilij, ex quo d. pensio succedit loco beneficii ad tradita d. c. 5. 1. p. prefertim 6. allatione, & ex verbis d. constitutionis Clementis ibi: *Et alia quacunque beneficia*, sub quibus videtur comprehendit pensio Ecclesiastica ex doctrina Felini & Cacialupi, de qua d. c. 5. n. 93. ubi vide. Ex quibus verbis contra Gigan. in proposito tenet Mandos. *de signatur. 2. de translatio. pensio. ad si. in nouis.* Quamvis d. constitutio Clementis non obstat, ne pater in aliquem resignare posset beneficium reservata pensione super illius fructibus, in fauorem filij, vt tradit Gigas in additione d. quest. 86. & conf. 113. alias *responsio 4. de pensio. & sequitur Mandos. ubi proxime vers. Quaro. & Flam. Par. d. lib. 6. quest. 2. ex n. 110.* dicens hodie secus in filiis illegitimis, ex dicto decreto Concilij.

38 Et facit etiam t. contra supradictam sententiam Gigantis dictum decretum Concilij, ex quo enim prohibet filium habere pensionem in beneficio, quod pater obtinet, vel alias obtinuit, vt paternæ incontinentiæ memoria longissime arceatur, à fortiori non videtur posse habere pensionem, quā pater habuit, & in eum transtulit.

39 Certum autem est, quidquid ex illis verbis Concilij, *quodcumque etiam dissimile beneficium*, velut Quintanaduennas, libro 2. numero 86. non prohiberi Concilio, alias filium illegitimum obtinere pensiones super beneficiis Ecclesiæ paternæ, nam Concilium condistinquens expresse pensiones à beneficio solum prohibet obtinere eas super beneficio paterno.

40 Quinto dubitatur, an dictum decretum Concilij haberet locum in illegitimis habentibus beneficia in Ecclesia, in qua fuit beneficiatus eorum pater, qui tamen tempore Concilij iam erat mortuus, vel resignauerat, ita vt non posset ea retinere. t. In qua difficultate Natur. in d. c. si quando in actuarius. nu. 11. & 12. tenet de rigore iuris esse verius, quod illi non possent ea retinere, ex rationibus per eum adductis ibi. nu. 12.

42 Nihilominus tamen t. contrarium est dicendum, nam d. decretum Concilij non respicit præteritū, sed futura, l. leges. 7. C. de legib. c. 2. & fin. de constitutio. vbi Doct. & pater ex *vers. quod si in presenti.* ubi Concilium solum cogit filium resignare, quando tempore Concilij pater & filius in eadem Ecclesia beneficia obtinebant: ergo, si tunc pater iam erat mortuus, vel resignauerat, filius recte poterat beneficium retinere.

43 Et censuit S. congregatio t. vt in sequentibus declarationibus: Prima, filij presbyteri decreto hoc Concilij Tridentini non prohibentur retinere beneficium legitime obtentum in eadem Ecclesia, in qua fuit beneficiatus eorum pater, qui ante publicationem eiusdem Concilij e vna migravit. Secunda, pater ante Concilium mortuus, non tenetur eius filius illegitimus, qui in eadem Ecclesia aliud beneficium obtinet, illud resignare, quia hoc decreto tantum prohibentur in futurum obtinentes. Tertia, c. hoc, cuius vigore filij illegitimi arcentur à beneficiis, quia in Ecclesia sunt, in qua fuit beneficiatus eorum pater, locum non habet nisi in filiis, qui mortuo patre beneficia in eadem Ecclesia impetrare voluerint, & in illis, qui vna cum patre in presenti reperiantur obtinere in eadem Ecclesia. Quarta, Episcopo Illerdun. Conc. Tridentini decreto de filiis presbyterorum, qui non possum habere beneficium in Ecclesia, in qua habuit eorum pater ad prasens mortuus, non ligat eos, qui obtinuerunt

ante publicationem Concilij Tridentini beneficium in Ecclesia, in qua habuerat, vel tunc temporis habebat eorum pater.

Sunt etiam alia declarationes, t. quas omitto, 44 & ita tenent Salzedo supra littera A. & Mán. Rodri. & Vega ubi supra adductes d. primam declarationem.

Et similiter dict. decretum t. non habet locum in habentibus pensionem ante concilium super beneficio à patre obtento. Spino d. gloss. numer. 22. qui dicit, ita ex congregatione cardinalium fuisse resolutum.

Et respondit S. congregatio t. Archiepiscopo c. 46 saraugustano his verbis: *Decretum 15. sessione 25. non obstat quoniam filius presbyteri, in cuius fauorem fuit imposita pensio ante Concilium Tridentinum super parochialem, quam tunc temporis pater eius resignauit, possit prædictam pensionem exigere. Et Nuncio Apostolico apud Venetos sic respondit, c. 15. sess. 25. Quo prohibetur filius illegitimus posse habere pensionem super beneficio alias à patre obtento, non habet locum in eis, qui pensionem huiusmodi ante confirmationem ipsius Concilij legitime impetrarunt.*

Nec dictum decretum t. quoad pensiones videtur habere locum in pensione post concilium imposita in fauorem illegitimi super beneficio, quod nec erat nec fuit patris, licet postea perueniat ad patrem post constitutam pensionem, nam de ista pensione non loquitur d. decretum, nec prohibetur filius eam retinere.

Et prædicta resolutio t. procedit in eo, cui ante concilium fuit collatum beneficium in Ecclesia, in qua pater, etiam si possessionem eius obtinuisset post concilium, dummodo per eum non steterit quo minus antea illam obtineret, vt alias censuit S. congr. in vna Burgen. his verbis: *Cui ante Concilium collatum fuerat beneficium in Ecclesia, in qua pater eius administrauerat, hoc decretum non obest, licet possessionem d. beneficii non obtinuerit, nisi post Concilium, dummodo per eum non steterit, quo minus prius possessionem illius adipsere-retur.*

Secundo procedit, etiam si ante t. concilium habuisset solum titulum, reservatis alteri fructibus, titulo, & denominatione, & post concilium cessasset huiusmodi reservatio, vt in sequenti declaratione S. congregationis. Dicitur etiam obtinere resignarius, cum reservatione tituli & denominationis, nec non fructuum pro resignante, perinde ac si non resignasset, unde resignarius censetur priuatus titulo, si post publicationem Concilij, intra tempus hoc præscriptum non resignauit, si tamen eius pater videret beneficiatus in eadem Ecclesia, vere enim beneficiatus est, licet reservatis fructibus, vt supra; secus vero, si eius pater in eadem Ecclesia beneficiatus ante prædictam publicationem Concilij fuisset mortuus, tunc enim veniente morte resignantis illud beneficium plene possidere potest fructusque inde percipere pleno iure, & iura conscientia, tanquam ante Concilium acquisitum.

Tertio, t. procedit in habente regressum reservationem ante concilium, qui cum habeat causam de præterito, non subicitur dispositioni concilij, quamuis post illud sortiatur effectum, vt in terminis fuit resolutum in vna compostellana canonicatus 25. Iulij 1574. coram D. Rebe. & alias in vna Viridunen. canonicatus de anno 1589. coram D. Pamphilio, & in aliis causis.

Et decisio compostellana t. sic se habet. *Difficultas proposita fuit distincta in duas partes. Prima fuit*

an gratia Petri Garsie esset regressus, vel tamen simplex accessus. Secunda vero, an subiaceret dispositioni Concilij Triden. sess. 25. c. 15. ut incontinentia paternae: quoad primum fuit conclusum gratiam Petri Garsie, si ipse intendit niti, & vii priori titulo, prout potest, & illum verificare possit, esse vere & proprie regressum, non autem accessum, nam cum ipse haberet bonum ius in canonicatu, quod postea cessit ad favorem Ioannis Garsie, & ex causa illius cessionis fuerit sibi reservatus regressus, & accessus huiusmodi gratia, habens causam de prae-terito, dicitur proprie & vere regressus, Oldradus conf. 275. sub numero tertio, verum ad istud, & sub numero septimo, verum ad hoc respondetur, ubi dicitur, quod regressus non est acquisitio novi tituli, sed antiqui continuatio, quod etiam sentit Cassadorus decisio. 2. sub numero 2. de privilegiis, dnm dicit, Quod regressus habet causam, & pendet à iure de prae-terito, in quo fundatur, & Achilles decisio. 3. de regressu dicit, quod est reliquia iuris testis, Pureus decis. 3. eodem tit. Fabius deci. 5. accessus a iure totaliter pendet à futuro evenitu, nec aliquid ius de prae-terito habet, ut declarat Cassadorus deci. unica numero 1. & 5. de pactis, & post eum Fabius decis. 33. & Rebus. in praxi, part. 3. tit. de regressu. Non obstat, quod in literis expeditis super huiusmodi gratia Petri dicitur tantum accessus & ingressus, & non dicitur regressus, quia in hoc est attendenda substantia rei, non autem verba, ut per Fabium dict. decis. trigessimatertia; ex regula de qua per Bart. in l. cōtem. §. qui maximas de publicanis; & in l. si vno locati, prout etiam in istis standum est supplicationi, tanquam matri- ci, & originali, & non literis, Baldus & alij per Paris. conf. 51. numero 17. volum. 4. Minus etiam obstat quod Petrus super suo iure cesso non expediuerat literas: ob quam rationem Cancellaria non dat regressum, sed tantum accessum; cum propterea iudicet ius non esse plene radicatum in prouiso ante expeditionem literarum, quia imo plene acquiritur ius in beneficiis libus per solam supplicationem absque literarum expeditione, qua tantum requiritur ad effectum probationis, non substantia ipsius gratiae, Archidiacon. in procemio 6. verb. sacro- sanctae, column. penult. Ioann. Andr. ibidem numero quinto cum seq. Cassadorus deci. quarta, numero 2. de causa possessionis, & decis. octaua, numero tertio de restit. spoliatorum, Sarnen. reg. de non iudicando, iuxta formam supplicationis, quaest. 1. verum tamen cō- siderandum, & ideo beneficium vacat per mortem illius, qui habebat tantum supplicationem, & literas non expediuerat, & Rota decis. vltim. numero 2. de rescript. in antiquis cum alijs per Sarnen. proxime citatum, sicut etiam per prouisionem factam cum sola supplicatione expi- rat reservatio, secundum veriorē & equiorem, de qua testatur Simoneta de referuatio. quaestio. 55. & ibi re- spondet ad illam rationem, quod Cancellaria potest re- stringere & limitare gratiam, quia ut ipse dicit, hoc non tollit perfectionem gratiae, nam Camera, per quam etiam possunt literae expediti, non solum omnia contenta in supplicatione, sed etiam ultra supplicationem mul- ta saepe concedit. Neque etiam obstat, quod Petrus nun- quam fuerit adeptus possessionem canonicatus, vigore sui primi iuris, ob quam etiam rationem Cancellaria tenet, quod cedenti tale ius non possit dari regressus. Quia re- spondetur, quod possessio non est aliquo modo, de substan- tia ipsius gratiae, ita quod sine ea prouisus dicitur habere bonum ius, & titulum canonicum, Rota in antiquis de praebendis dec. 24. Gemini. c. licet Ecclesiarum in fi. de praebendis in 6. Franchus in praesenti, §. finali in fine eo. tit. & lib. Simoneta, d. tract. de referuatio. q. 55. Non

obstat, quod Cancellaria sit organum Papae, quia hoc in- telligitur circa ea, quae concernunt expeditionem litera- rum, non autem quoad ea, quae concernunt substantiam gratiae, nam haec sunt de his, quae cōcernunt plenitudinem potestatis, quam tamen non habet Cancellaria, ut per Egidium dec. 46. in fine. Felin. in rubrica de rescript. n. 9. & in c. super literis sub n. 12. verum amplia tertio, eod. tit. Rebus. in praxi 2. part. signaturae, n. 19. Praeter- ea Cancellaria est organum Papae in faciendo, & sic in addendo, & augendo gratiam cum clausulis & alijs, quae de stylo solent concedi, sed non in faciendo, vel minuen- do, & detrahendo ea quae in supplicatione conceduntur, & quae Cancellaria non expedit, ut quotidie videmus, & testatur glossator Hispanus in regula Cancell. 466. & Simoneta, d. tract. de referuatio. q. 55. Quo vero ad se- cundam difficultatem, an esset locus dispositioni Concilij, fuit dictum, quod illius resolutio resultabat à resolutio- ne praecedentium cum gratia Petri esset regressus, & haberet ius de prae-terito, iuxta tradita per Cassadorus d. decisio. unica de pactis, & dec. 4. sub n. 2. de priuile- giis, sola enim executio, quae post legem novam effectuat, non est in consideratione, quando ius est de prae-terito, la- iubemus, & ibi lason sub n. 8. C. de testamen. Angel. in authen. vt cum de appellatione in princip. verum aduerte pro declaratione, Abbas. Felin. & post omnes Decius in c. fi. n. 18. de constitutio. & quando futura habent connexionem & dependentiam à prae-terito, non comprehenduntur sub lege noua, Abb. in cap. Pastora- lis, §. vltim. numero 2. verum & ex hoc infertur de appellatione. Felin. d. cap. fin. vltima fallentia sub num. 2. verum secunda declaratio, de constitutio. Cassado- rus decisio. 3. sub num. 25. de praebendis Io. Paulus de- cis. 6.

Sed t. sub dubitatur, an in praedicto casu is, qui ante Concilium obtinuit beneficium in Ecclesia in qua pater eius olim fuit beneficiatus possit Concilium ad aliud beneficium ascendere, seu transire per op- tionem vel alias, & dicendum est non posse, quia tunc agit de acquirendo beneficio de nouo, & sic sub- iacet d. decreto Concilij.

Et t. ita censuit S. Congregatio, vt in sequentibus declarationibus. Habens canonicatum in Ecclesia, in 53 qua pater eius similiter canonicatum obtinuit, non potest in eadem Ecclesia de canonicatu ad dignitatem ascende- re. Secunda, filius illegitimus presbyteri, dimidius bene- ficiatus in vna Ecclesia, in qua pater eius olim bene- ficiatus habuit, non potest ascendere ad integram portionē. Tertia, illegitimus beneficiatus in Ecclesia, in qua pater similis, vel dissimilis beneficii, mortuo patre ante Concilij publicationem, non potest ex vigore cuiuscumque eius dispensationis, ante Concilij publicationem obtenta, ob- tinere aliud beneficium dimisso eo, quod obtinebat in ea- dem Ecclesia, in qua pater reperitur beneficiatus, nec op- rare ex vi statuti illius Ecclesiae aliud beneficium, quod sibi competere, vel vi antiquiori, vel ex aliqua causa: acquiritur enim de nouo, & dispensationibus per Con- cilium sublati remanet indispensatus.

Sexto dubitatur, an in dicto t. decreto compre- hendatur filius eius, qui habuit titulum, & prouisio- nem beneficii, non tamen possessionem, & videba- tur comprehendendi, nam per solam prouisionem, seu collationem acceptatam, quis recte dicitur habere beneficium, cum habeat ius in re, ea, si tibi absenti, de praeb. in 6.

Nihilominus tamen contrarium t. est dicen- dum, nam in proposito, iuxta subiectam materiam 55 non dicitur pater habuisse beneficium, nisi sal- tem

tim per se, vel procuratorem obtinuerit possessionem, per quam causatur vitium in persona filij, & inducitur successio, aut paternæ incontinentiæ memoria.

56 Et ita censuit S. Congregatio, ut in sequentibus declarationibus. Prima, Episcopo Meranden. congregatio Concilij censuit Canonum illegitimum, cuius Pater possessionem alterius Canonici in eadem Ecclesia apprehendit, licet in dict. Ecclesia non ministraverit, nec iustus fuerit, nec aliquid perceperit ex fructibus ipsius Canoniciatus comprehensum esse decreto Concilij, sess. 25. capit. 15. illum vero, cuius pater sola Romani Pontificis signatura sibi obtinuit, conferri Canoniciatum eiusdem Ecclesie, sed neque literas Apostolicas expediri, neque unquam habuit possessionem, non comprehendit. Secunda, nec etiam filius eius, qui tantum per procuratorem cepit possessionem, potest habere beneficium in eadem Ecclesia, si eius si illius pater nunquam per se, aut per procuratorem possessionem beneficii obtinisset, aut super eo literas Apostolicas non expedivisset, si eius collatio ad Sedem Apostolicam spectabat. Tertia, non dicitur habuisse ad hoc, ut comprehendatur sub hoc capitulo, qui sunt promissus, & literis non expeditis, & possessione non habita cessit alteri.

57 Sufficit autem, quod habuerit & possessionem, nec requiritur quod Pater ministraverit in Ecclesia, seu beneficio, quia Concilium id non requirit, & patet ex dicta prima declaratione, licet contra teneant Man. Rodrig. & Vega supra, cum Salzedo dict. littera A.

58 Septimo dubitatur, an filius Clerici possit obtinere beneficium, olim à patre aliquam diu possessum sine legitimo titulo, & minus pacifice. Et dicendum est, non posse, nam per possessionem, siue bonam, siue malam, satis dicitur illud habuisse, & militat ratio prohibitionis.

59 Et ita & censuit S. Congregatio, his verbis: *Filius Presbyteri illegitimus non potest obtinere beneficium, quod olim pater suus, absque legitimo titulo, & minus pacifice aliquam diu possedit, die 4. Septemb. 1586.* Unde etiam non poterit quis obtinere beneficium in Ecclesia, in qua eius pater aliud possederit, licet sine canonico titulo.

61 Octavo dubitatur, an filij illegitimi & possint obtinere beneficia unita Ecclesiis, quas obtinuerunt, seu obtinent eorum patres, seu Ecclesias filiales, & ab illis dependentes, in quas Congregatio censuit, ut in sequentibus declarationibus. Prima. *An illegitimus, & cuius pater fuit Rector Ecclesie matricis, possit Ecclesiam filialem obtinere dependentem, seu alias illi unitam, in qua eadem matrix habet etiam quendam iura parochialis, salvo hoc decreto Congregatio censuit posse, modo unita facta sit accessorie, & per viam subiectionis Ecclesie matrici, & pater in ea non ministraverit: unitam vero aequè principaliter, ita ut intulatus in una, censeatur in utraque intulatus, aut si in utraque pater ministravit, non posse.* Secunda fuit dubitatum, an filij illegitimi possint obtinere beneficia unita Ecclesiis, quas obtinuerunt, vel obtinent patres eorum, & fuit resolutum, quod si beneficia sunt unita aequè principaliter, tunc illegitimi obtinere non possunt, si vero non sint unita aequè principaliter, sed accessorie, tunc possunt; si tamen obtinentes Ecclesias unitas non tenentur ministrare in principali. Tertia fuit pariter dubitatum, an illegitimi obtinere possint Ecclesias filiales, quando eorum patres obtinent matricem, & fuit dictum posse, quando obtinentes filiales non tenentur ministrare in matrice 1588.

Quæ declarationes planè & procedunt quoad Ecclesias filiales, quæ sunt beneficia de per se, & distincta à matricibus, ut in terminis capitulo ad audientiam primo, de Ecclesiis edificandis, seu alias quando una Ecclesia est alteri in aliquo subiecta, seu ab illa dependet, tanquam membrum, utraque tamen est beneficium de per se, & separatim, tunc enim cum sint beneficia distincta, & in diversis Ecclesiis, rectè potest filius illegitimus habere filialem, licet pater habuerit, seu habeat matricem, vel è contra, nisi habens unam, habeat ministrare in alia.

Quoad beneficia vero unita faciunt difficultatem dictæ declarationes, nam si sunt unita accessorie, iam non sunt beneficia, sed veluti prædium principalis, nec datur vacatio eorum, ut dicitur infra ultimum partem, cap. 2. a numero 12. Et sic non potest dici, quod illa possint per filium, vel alium obtineri: si vero sunt unita aequè principaliter, cum vnus sit amborum Rector, non cadit dubitatio, an pater possit obtinere unum, & filius aliud eodem, vel diverso tempore.

Dicendum est, quod cum vnio & facta est accessorie, & pater habuit, seu habet Ecclesiam, seu beneficium principale, filius potest obtinere unitam, tanquam Vicarius perpetuus, ut in terminis cap. extirpanda, §. qui vero, de præbendis, seu tanquam Vicarius temporalis, vel in eadem obtinere aliud beneficium, quia non dicitur pater in illa intulatus, ut alias dicitur infra 11. par. cap. 5. n. 193. Quamvis beneficium, quod pater obtinuit, ut alteri unitum, etiam accessorie, & perpetuo non possit per filium obtineri vnione dissoluta, ex dict. constitutione. clem. 7. ibi: *Seu ut alius perpetuo unitus.* Quando vero beneficia sunt unita aequè principaliter, non potest filius aliquod eorum obtinere, etiam tanquam Vicarius temporalis, seu vnione dissoluta, nec aliud in eadem Ecclesia, ex quo in utraque est intulatus pater, iuxta dicta infra ultimum p. c. 2. n. 37. & idem erit, quando est vnio ad vitam iuxta dicta ibid. n. 38. & ita sunt accipiendæ dictæ declarationes.

Nono dubitatur, an filius illegitimus possit obtinere beneficium in Ecclesia, in qua pater habuit solam sedem in choro ratione dignitatis, quam in alia Ecclesia obtinebat, & dicendum est, non posse ex dict. decreto Concilij, & eius ratione, & censuit S. Congregatio his verbis: *Item fuit quæsitum, an filius illegitimus per Concilium hoc cap. excludatur, ne possit obtinere beneficium in Ecclesia, in qua eius pater habuit solam sedem in choro ratione dignitatis, quam in alia Ecclesia obtinebat? Congregatio respondit excludi: quod puto procedere, etiam si nunquam actu sedisset in tali sede.*

Decimo dubitatur, an filius illegitimus & possit canere, tanquam muscus simplex, seu, alias ministrare in Ecclesia, in qua pater habuit, vel habet beneficium, & dicendum est non posse ex dict. decreto Concilij, ibi: *Nec in dictis Ecclesiis quoquo modo ministrare.* Nauarrus conf. 1. de constitutio, quæst. 17. & censuit Sacra Congregatio, ut in sequentibus declarationibus. Prima, dubitatum est, an filius illegitimus laicus, qui in Ecclesia, in qua pater, nec beneficium habet, nec pensionem, sed ut cantor musice tantum in ea Ecclesia cantat, prohibeatur per istum tex. Congregatio censuit affirmative, quia Concilium dicit, nec in dictis Ecclesiis quoquo modo ministrare, eadem enim est ratio, siue ministret in officio, siue in beneficio. Secunda, non solum filius non

potest retinere beneficium in Ecclesia, in qua pater obtinuit, sed nec canere in eadem Ecclesia, tanquam musculus simplex. Tertia, an hoc decretum impediat, etiam quin pater, & filius possint insimul, processionaliter incedere, unus tanquam beneficiatus, alter tanquam capellanus diuersarum Ecclesiarum: Congregatio censuit minime impedire, verum si processionaliter accederent ad Ecclesiam in qua pater obtinet beneficium, filius non poterit aliquo modo ministrare.

69 Vnde filius illegitimus non potest obtinere beneficium, ratione cuius habet aliquod ministerium, seu seruitium facere in Ecclesia, in qua pater fuit beneficiatus. Quamuis re vera tale beneficium non sit illius Ecclesie, seu in illa Ecclesia, in qua pater fuit beneficiatus. Rot. decis. 6. de concess. prebend. in nouis, & dec. 8. a. n. 2. de prebend. in antiquis, quam refert & sequitur Gonç. gl. 10. a. n. 16. ita censuit S. Congregatio in vna Leodien. his verbis: In ciuitate Leodien. sunt plures Collegiate Ecclesie, quarum Decani, & Canonici vigore statuti accedunt ad certas processiones, in certis diebus Festis anni ad Cathedrali, & ibi cantunt unum versiculum, aut collectam, hoc stante fuit pluries dubitatum, an valeat electio facta de filio illegitimo ad Decanatum vnius illarum Collegiarum cum prædicta præstare teneatur in Cathedrali, in qua pater eius Canonicus fuit, Congregatio ter censuit filium prædictum illegitimum incapacem esse talis Decanatus, quia quoquomodo inseruire dictæ Cathedrali videtur: & quia Sanctissimus mandauit iterum partes audire, tamen Congregatio stetit in decis. 31. Augusti, & 3. Septem. 1587.

70 Intelligenda autem videtur prædicta doctrina, vt filius illegitimus non possit in Ecclesia paterna quo modo ministrare, quæd id faceret inseruiendo seu, seu ministrando Ecclesie, seu quando ministraret ex officio, vel salario, licet non fieret beneficium, secus vero quando ministraret, & celebraret ibi, ex deuotione, & voluntariè: hoc enim non videtur prohibitum, vt praxis ostendit, quamuis contradicat Nauarr. d. q. 17. & Salzed. sup. d. lit. A. in nouissima editione, quorum opinionem sibi videri rigorosam, & consuetudinem esse in contrarium, ait Man. Rod. in sup. l. 10. c. 247. n. 1.

71 Rursus illa declaratio Leodien. videtur intelligenda quando beneficium, ratione cuius acceditur in certis diebus ad Cathedrali, seu aliam Ecclesiam, requirit seruitium, & residentiam personalem, alias enim si posset seruire per substitutum, rectè posset filius illegitimus illud obtinere, licet eius pater esset beneficiatus in Ecclesia Cathedrali, seu alia Ecclesia, ad quam acceditur, quia tunc posset, & deberet accedere, & ministrare ibi per substitutum.

72 E conuerso vero filius illegitimus non prohibetur ministrare, & habere beneficium in Ecclesia, in qua pater ministravit, & inseruiuit, etiam tanquam Capellanus, non tamen habuit titulum beneficii, seu tanquam Vicarius temporalis, cap. constitutum, & ibi gl. de filiis presby. quia respectu Patris Concilium requirit beneficium, & ita censuit S. Congregatio, his verbis: Filius clerici, ex hoc decreto non prohibetur, quominus tanquam Capellanus amouibilis deseruire possit, atque obtinere beneficium in Ecclesia, in qua eius pater nunquam fuit intitulus ad aliquod beneficium Ecclesiasticum, licet pro Capellano amouibili inseruiuerit in eadem Ecclesia.

73 Nec prohibentur pater, & filius celebrare Missam in eadem Ecclesia, cum non habeant beneficium, vt in sequentibus declarationibus S. Congregationis.

Prima. Concil. Trident. non prohibet, quin pater & filius possint celebrare Missam in eadem Ecclesia, dummodo ambo non obtineant beneficium in ea, sed id fiat ab altero deuotionis gratia, ab altero causa legati, quod relatum sit Missam celebrantibus. Secunda, ad Episcopum N. scribatur, vt desinat molestiam exhibere illegitimo presbytero celebrandi Missam, ob quoddam legatum in eadem Ecclesia, in qua pater celebrat ob deuotionem, cum neuter habeat beneficium, & hic casus non sit prohibitus à Concilio.

Et similiter non prohibentur filij illegitimi clericorum, cum suis patribus habitare, vt alias respondit S. Congreg. Episc. Calagurritano, his verbis: Filij illegitimi clericorum non prohibentur à Concilio Tridentino cum patribus habitare, nec de iure est talis prohibitio, quamuis aliqui Episcopi, seu Ordinarij id prohibeant sine causa.

Vndecimo dubitatur, an vbi pater, & filius tempore Concilij obtinebant beneficia in eadem Ecclesia, filius præcisè teneretur beneficium resignare aut permutare extra Ecclesiam infra tres menses, nec sufficeret patrem infra illud tempus suum beneficium dimittere, & dicendum est filium præcisè teneri sine alia monitione, sub pœna priuationis ipso iure, vt constat ex dicto decreto Concilij, versis, quod si in presenti, & ex sequentibus declarationibus S. Congregationis. Prima, V. sen. filius omnino cogendus est resignare beneficium, quod obtinet in illa Ecclesia, in qua pater obtinuit, quia filius semper representat incontinentiam paternam, hoc tamen moderatum quandoque fuit de consensu Ordinariorum, si pater resignasset suum sponte suum beneficium. Secunda, Compostellan. filij intra trium mensium spatium resignare debent sua beneficia: quod adeo verum est, vt si post dictos tres menses resignauerint, nihil eis prodest hoc decretum. Tertia, potius filius quam pater, cogendus est resignare, hinc dubitatur, deberet ne moneri prius, & nisi monitus fuisset, habere locum hac priuationi, si intra tres menses filius non resignasset: Congregatio censuit, quod nisi infra hoc trium mensium spatium, & sine alia monitione resignet filius, ipso iure vacare censeatur, quia lex posuit tempus, infra quod liberum erat filio resignare. Quarta, item in casu, quo pater & filius erant in eadem Ecclesia beneficiati, censuit cogendum omnino filium ad resignandum suum beneficium, & de Ecclesia paterna exeuendum, quamuis pater ipse paratus esset suum resignare: cum quia concilium præcisè disponit de filio, tum quia per personam filij magis representatur incontinentia paterna, quam per presentiam patris: fuit tamen quandoque adhibitum temperamentum, vt concederetur filio facultas transferendi ad aliam Ecclesiam, quæ iuxta consuetudinem Hispaniarum diceretur foror, in qua quis residents, haberetur pro residente in altera Ecclesia, & perinde fructus, & distributiones perciperet; ac si in illa staret cum decreto, quod filius amplius reuerti non posset ad Ecclesiam paternam, etiam mortuo patre, & concurrentibus supplicationibus Episcopi, & Capituli, nec non iusta causa. Ad idem etiam est declaratio infra adducta n. 82. ad 2.

Pius tamen IV. per suam Bullam extendit dictum terminum ad sex menses, vt in sequenti declaratione Sacgregationis Conclq. Pius IV. per Bullam suam assignauit terminum sex mensium omnibus filiis presbyterorum, vt resignarent beneficia.

Et adeo verum est, quod filius teneretur resignare, & præcederet etiam si non posset permutare, nisi ex gratia cum aliquo dispensaretur, vt alias fuit dispensatum cum quodam illegitimo calagurritano, de

no, de quo in sequenti declaratione illegitimo habenti beneficium patrimoniale, quod permittari non potest in Ecclesia, in qua pater habet, sed non servit, iam diuacens in lecto paralyticus, concessum est, ut retineat, quia non potest permittari.

78 Procedit etiam, licet super beneficio filij aliquis haberet regressum, quo casu oblata illi resignatione, cum honesta pensione, & non acceptata, poterat cum ea alteri resignare, suspensio interim regressu, ut in sequentibus declarationibus. Prima, cum N. portionem habente in Ecclesia, in qua pater vivit, cum regressu eius qui resignaverat, permittum est ut resignet, reservata sibi pensione, modo beneficium maneat liberum ei, qui regressum habet. Secunda, cogatur filius suum beneficium resignare, etiam si fuerit locus regressus, & quod regressum habens nollet consentire, oblata prius resignatione cum honesta pensione, & non acceptata admittitur resignatio, & regressus suspenditur usque ad cessum, vel decessum resignatarii. Tertia Burgen. Filius illegitimus, qui vigore huius decreti resignare tenebatur, non fuit excusatus a resignatione, etiam si super eo alter haberet regressum. Quarta Corduben. Filius illegitimus, cum haberet portionem sibi datam in titulum, & ille qui resignavit ei, reservavit sibi pensionem, & regressum, & pro expeditione resignationis, & liberatione pensionis dicti filius consumerat totum patrimonium, in ea vero Ecclesia pater eius habebat aliam portionem, unde filius nec retinere poterat obstante Concilio, nec resignare repugnante alio decreto Concilij, quod non haberent unde viverent, nec minus suspendi regressus: ideo in hac perplexitate adhibuitur sibi moderamen, quod filius resignaret portionem suam, haberet regressum, & reservata sibi congrua pensione, vel portio fructuum, quod si habens regressum recusasset acceptare resignationem, tunc facta prius ei oblatione, & eo recusante, posset alteri resignare, reservata sibi pensione, ac suspensio interim regressus, ita ut locum habere non possit, nisi per cessum, vel decessum ipsius.

Sed quid si vnum tantum esset beneficium, in per-
79 sona tamen patris, & filij, cum alternativa residentia, S. Congregatio Episcopo Civiten. sic respondit, ibi: In eadem Ecclesia beneficia obtinere, idem esset si vnum tantum, sed esset in persona patris, & filij, cum alternativa residentia, quo casu fuit decretum, quod pater in totum cederet filio totum ius, quod haberet, reservata sibi pensione, & perpetuo abstinere a servitio.

Et idem est quando pater esset et coadiutor filij, ut
80 in declaratione sequenti: Pater, qui est coadiutor filij, in Canonatu cedere tenetur omne ius filio, posset tamen sibi aliquid reservare fructuum, aut pensionem.

18 Duodecimo dubitatur, an habens et ante Concilium coadiutoriam cum futura successione in Ecclesia paterna, posset succedente vacatione post Concilium, succedere in tali beneficio vigore dictae coadiutoriae, & dicendum est non posse, ex Navarro in cap. si quando, de rescriptis, exceptio. 21. ubi plura fundamenta adducit ad propositum, & in antiquario ex n. 5.

82 Et tunc S. Congregatio in vna Calagurritana canoniciatum, ut in declaratione sequenti; Ill. Triflini, & Reverendissimi domini Iustinus Sanctloro, filius naturalis Ioannis Sanctloro, Canonici, & presbyteri Calagurritani, fuit datus coadiutor Francisco Ximenez, Canonico eiusdem Ecclesiae, cum futura successione in Canonatu & Præbenda, & ipse Francisco possidebat, cum primum illos per cessum, vel decessum, aut aliam quamvis dimissionem vacare contigisset die 11. Dec-

cem. 1561. de consensu dicti Francisci, & accepit possessionem dictorum Canoniciatus & Præbende, adhuc Francisco vivente, & post obitum eius patris, de ann. 1563. d. Francisco in reali possessione manente ad effectum tantum Bullarum, non secus, & sine præiudicio iuris, utrius, & possessionis, qua dictus Franciscus, eius vita durante habebat ad dictos Canoniciatum, & præbendam, & Franciscus obiit in possessione sui Canoniciatus, die duodecimo Iunii 1565. & Iustinus fuit admissus ad possessionem & residentiam, ut titularis, & canonicus, die 13. eiusdem mensis.

Dubitatur, an Iustinus post Concilij publicationem potuerit succedere in dicto Canonatu, Didacus Ximenez, filius similiter naturalis Francisci Ximenez, Canonici, & presbyteri eiusdem Ecclesiae fuit datus coadiutor perpetuus, quod vixerit cum futura successione Ioannis Sanctloro, Canonico eiusdem Ecclesiae, in regimine, & administratione Canoniciatus, & præbende, quos ipse Ioannes possidebat, cum primum illos per cessum, vel decessum, aut dimissionem dicti Ioannis vacare contigisset ut. die Decemb. 1561. deinde accepit possessionem dictorum Canoniciatus, & præbende die 17. Iulij 1563. post obitum Ioannis, taliter quod ab eo tempore citra, usque ad ann. 1565. videlicet 12. Iunii pater & filius habebant singulos Canoniciatus, & præbendas in eadem Ecclesia. Dubitatur, an Didacus Ximenez suo Canoniciatu privatus fuerit ipso iure, ob non dimissionem, intra tres menses, vel an stante successione Iustini in titulo post Concilium Tridentinum dicatur coadiutoria huiusmodi reciproca, & in fraudem Concilij, facta sint nulla. Ad primum, Congregatio Concilij censuit, minime succedere potuisse. Ad secundum, virque ob non dimissionem intra tres menses post Concilij publicationem, filium ipso iure Canoniciatu privatum fuisse. Ad tertium, decretum Concilij, cap. 15. sess. 25. de reformat. disponere tantum circa reciprocas resignationes post ipsius Concilium, a parentibus in favorem filiorum faciendas. Hiero. Card. Martheus.

Ex qua declaratione idem fuit resolutum per Rotam in eadem causa Calagurritana Canoniciatum 1. Iulij 1594. coram Illustr. Pamphilio, ut in decisione sequenti. Fuit resolutum intrare vacationem in casu, de quo agitur, ad favorem Andreæ, dummodo producat iura per ipsum allegata, quia stante quod Ioannes Sanctloro, & Franciscus Ximenez fuerint Canonici in Ecclesia Calagurritana, & in dictis Canoniciatibus, vigore coadiutoriarum Iustini filius Ioannis Sanctloro successerit Francisco, & Didacus, filius Francisci, successerit Ioanni, subintrant resolutiones per Illustrissim. dominos S. Concilij interpretes factae, quod Iustinus post publicationem, de ann. 1565. quo obiit Franciscus, non potuerit ei succedere in Canonatu, existente in eadem Ecclesia, in qua Ioannes eius pater alium obtinuerat, & quod Didacus, qui tempore publicationis Concilij possidebat Canoniciatum, habitum per obitum Ioannis, de anno 1563. in eadem Ecclesia, in qua Franciscus eius pater tunc temporis habebat alium Canoniciatum, eo fuerit ipso iure privatus, ob illius non dimissionem intra tres menses post Concilij publicationem, iuxta decretum sess. 25. cap. 15. a cuius dispositione non videntur posse excusari ex præsumpta dispensatione, orta ex diuturnitate temporis quo possederunt, quia ut in his terminis resolvit eadem S. Congregatio, illa non suffragatur contra decreta Concilij Tridentini, præsertim cum istantur hoc solo titulo coadiutorie, absque eo quod habuerint alium, ut in iudicio criminali fatetur iste Iustinus.

84 Et idem esset fin accessu, ut in decisione Compositell. supra adducta dub. 5. n. 5.

85 Sed contra videbatur, posse succedere, & acquirere vigore coadiutoria, beneficium, licet cum obligatione illud resignandi infra sex menses, ut alias respondit S. Congregatio Episcopo Vicensi. his verbis: Decanus Ecclesie Vicensis habebat etiam Canonicatum in eadem Ecclesia, in qua fecit sibi coadiutorem, cum futura successione filium suum naturalem, & pariter sibi eundem fecit coadiutorem in Ecclesia parochiali eiusdem diocesis, quam idem Decanus obtinebat, decrevum fuit, quod pater de presenti resignaret filio in totum dictam parochialem, & post mortem patris haberet filius spatium sex mensium ad resignandum Canonicatum, quem sibi virtute dictae coadiutoriae, cum plene acquisisset, dum tamen eo vivente, & mortuo patre, abstineret ab ingressu Ecclesie in qua dictus Canonicatus existit. Idem placuit decernere in aliis casibus similibus, in quibus filij illegitimi clericorum reperiuntur, dati coadiutores, cum futura successione in Ecclesia, in qua pater, ut scilicet, cum nunc plene non obtineant beneficia, sed tantum officium coadiutoria fungantur, habeant spatium sex mensium post mortem eorum, quibus dati sunt coadiutores ad resignandum beneficium, quod per eorum mortem plene acquisierunt, dum tamen omni tempore abstineant ab ingressu ipsius.

86 Sed huic declarationi satisficit ex alia declaratione eiusdem S. Congregationis, quae sic ait: Aliquando Congregatio Concilij, in casu quo filius datus fuerat ante Concilium coadiutor patri, cum futura successione, censuerat post mortem patris dandum esse terminum filio sex mensium, ad dimittendum, etiam quod Episcopus & Capitulum pro filio supplicarent, sed postea 12. Maij 1588. eadem Congregatio censuit, non concedendum, ut filius possit retinere Canonicatum, quia agitur de succedendo de nouo, & sic de acquirendo beneficium, in quo pater contra expressum decretum Concilij hic. Unde apparet illud fuisse ex speciali gratia, & concessione.

87 Decimotertio dubitatur, an facta resignatione alicuius beneficii in fauorem filij clerici, referuata pensione resignanti super beneficio patris, de consensu eius intrat dictum decretum Concilij, verbi ad hac, & dicendum est intrare, ut censuit S. Congregatio, his verbis: Antonius Correa legitimus obtinens Canonicatum Ecclesie Algarabensis, illud resignauit in fauorem Nicolai Cassada, reseruata pensione super parochiali, quam Mattheus pater Nicolai obtinebat, de consensu patris, quæsitum est, an huic pensioni obstat decretum Concilij? Congregatio censuit casum propositum comprehendere decretum Concilij, sess. 25. c. 15. in fin. & patrem in fraudem consensisse pensioni.

88 Decimoquarto dubitatur, an regula de trienniali iuuet contra dictum decretum Concilij, & respondetur negative, ut censuit S. Congregatio Concilij in declaratione infra adducta. n. p. c. 5. ad fin. numero 379. & in causa Calagurritana Canonicatum, de qua supra numero 82. & seq. his verbis: Illustr. & Reueren. Dominis supplicatur, eidem dari resolutionem super dubio sequenti. Dubitatur, an is, qui ante, & a tempore publicationis Conc. Trid. possidet beneficia, contra dispositionem cap. 15. sess. 25. de reform. ex præsumpta dispensatione resultante ex regula de trienniali, & possessione huiusmodi diuturna, se tueri valeant? Congregatio Concilij censuit, filio illegitimo, qui ante Concilium habebat beneficium in Ecclesia, in qua pater simile, vel dissimile beneficium obtinebat, & ex decreto Concilij, capitulo 15. sess. 25. de reform. tenebatur intra tres

menses illud dimittere, non suffragari regulam de trienniali.

Et idem Rota resoluit in eadem causa, ut in 85 dictæ declaratione Calagurritana supra adducta, numero 82.

CAP. IV.

De ætate beneficiandorum.

SUMMARIUM.

Ultra clericatum, legitimitatemque requiritur etiam ad beneficia legitima ætas, n. 1. de qua qui sunt videntur n. 2. & quia multa sunt annotata per Concilium, examinanda est ætas in quolibet beneficio hodie requisita, n. 3. & seqq.

Ad beneficia simplicia, licet de iure antiquo tantum requiratur ætas septem annorum, & sic quod quis sit maior septenni, n. 5. ex quo septenni potest conferri prima tonsura, n. 6. & idem in minoribus Ordinibus, n. 7. tamen hodie nullus ante decimum quartum annum beneficii potest obtinere ex decreto Conc. Trid. n. 8. quod procedit secundum S. Congregationem, nisi in fundatione aliter statuatur, quia non est ei derogatum, num. 9. & 10. ubi refertur quedam Rota resolutione.

Sufficit attingisse decimum quartum annum ætatis, licet non sit expletus, n. 11. & seq. & n. 13. assertur alia declaratio S. Congregationis, super d. decreto, & de ætate ad pensiones remissum, n. 14.

Licet olim esset controversia circa ætatem requisitam ad Canonicatum, præcipue Ecclesie Cathedralis, qui de iure communis non habet annexum ordinem sacrum, sed tantum primam tonsuram, an sufficeret ætas septem annorum, sicut ad alia beneficia simplicia, ut tenent multi, an vero requiratur ætas 14. annorum, ut alij tenent, tamen hodie cessat ista controversia, & regula Cancell. 18. de ætate, ex decreto Concilij, ubi statuitur, quod nemo ad dignitatem, Canonicatum, aut portionem recipiatur, nisi qui ordine sacro requisitus sit initiatus, aut in ætate, ut infra annum initiari valeat, & quod in omnibus Ecclesiis Cathedralibus omnes Canonici, ac portiones habeant annexum ordinem presbyterij, Diaconatus, vel Subdiaconatus, &c. à n. 15. & n. 5. seqq.

Cum hodie ex eodem Concilio ad subdiaconatum requiratur 22. annus, ad diaconatum 23. & ad presbyteratum 25. incepti, ad canonicatum, aut portionem Ecclesie Cathedralis subdiaconalem requiritur ætas 21. annorum, & ad diaconalem, ætas 22. annorum, & ad presbyteralem 24. annorum completorum, ita quod attingit annum sequentem, à n. 21. ubi adducuntur aliquæ declarationes sanctæ Congregationis. n. 22. & n. 5. seqq.

In Ecclesiis autem ubi nec ante Concilium, nec post facta fuit designatio & annexio sacrorum ordinum, & sic nullus sacer Ordo canonicatus annexus est, qui canonicatum, vel portionem consequi velit, debet esse subdiaconus, vel saltem in ætate requisita ad subdiaconatum, nempe, quod attingat 22. ætatis annum, cum ad minus debeat habere annexum ordinem subdiaconatus, à numero 28 ubi adducuntur declarationes S. Congregationis sic accipiendæ. numero 29. & 2. seqq.

In canonicis pœnitentiario requiritur ultra gradum Doctoratus, vel licentia in Theologia, vel iure Canonico, quod